23 fectio eis a decano specialiter exhi
24 beatur. Quę commemoratio, post obi-
25 tum nostrum, depositionis die cum me
26 dominus uniuersę carnis uiam ingredi
27 iusserit conuertatur. ¶ Concedi-
28 mus igitur has uillas in hoc nostro p̄cep
29 to superius nominatas, cum ecclesiis et
30 appenditiis suis, cum reditibus ac
31 mancipiis, cum p̄cariis seu bene
32 ficiis exinde datis, cumque omnibus ad
33 se pertinentibus, ipsius congrega
34 tionis fratribus ad multiplices eorum
35 necessitates supplendas, regali
36 auctotitate per nostrę confirmatio
37 nis p̄ceptum stabili ac perpetuo iure
38 concedimus, atque firmamus, p̄cipien
39 tes regia potestate, et per sanctam in
40 uiolabilem trinitatem atque examen
41 tremendi iuditii, angelorumque ac

sedulum omnium reuerentiam continuantes. ut nemo abbatum per successiones quod nostro roboratum est edicto. subtrahere ut minuere audeat. aut ad usus suos retorqueat. ut alicui quicquam in beneficium inde tribuat. sed neque seruicia exterius exactet. ut parauedos aut expensas ad suas ut ad hospitum susceptiones recipiat. siue mansionaticos inde exigat. sicut nec consuetudinis umquam fuit. Supra scripta autem ad centum uiginti monachorum sunt ordinata. ex quibus nullum umquam cuiquam abbatum licebit subtrahere. augere uero si senserit uoluerit. multiplicatis ad usus eorum opibus accumulentur diuini seruitii cultores. Qui uero nostro tempore aliter facere presumpserit. & post decessum nostrum in siue quamdiu aduixerimus hanc nostram confirmationem uiolare uoluerit. iram dei cuius extitit contemptor. poenis eternalibus se dampnandum cognoscat. Ad corroborandum etiam nostre celsitudinis preceptum super eodem priuilegium episcopale presens & a cunctis ecclesie filiis plus per nali obseruandum fieri & firmari decreuimus. Et ut hec auctoritas quam ob dei amorem & remedium animę nostrę statuimus atque roborauimus firmiorem obtineat uigorem. & deinceps inconuulsa perdurare queat. manu nostra conscriptione eam subter firmauimus & anulo nostro sigillari iussimus.

Data. xiiii kl. mai. indictione. v. anno xxxiii. regnante karolo gloriosissimo in regno. & in successione hlotharii regis anno. iii. Actum monasterio sancti dionysii.

Cap. 35. Karolus igitur imperator in compendio quadragesimam peragens. pascha domini celebrauit. & missos apostolice lohannis. Petrum episcopum forosimproniique. Petrum episcopum senogallię suscepit. per quos tam uerbis quam litteris eum apostolicus lohannis romam uocauit. quatenus sicut promiserat sanctam Romanam ecclesiam a paganis quibus infestabatur eriperet atque defenderet. Kl. mai. episcopos remensis prouincię. sed & aliarum prouinciarum compendio conuocauit. & ecclesiam quam in eodem oratorio construxerat. cum multo apparatu in sua & missorum apostolice sedis presentia. ab eisdem episcopis consecrari fecit. Inde placitum generale kl. iunius habuit. ubi per capitula qualiter regnum francię filius suus hludouicus cum fidelibus eius & regni primoribus regeret usque dum ipse roma rediret ordinauit. & quomodo tributum de parte regni francię quam ante mortem hlotharii habuit. sed & de burgundia exigeretur disposuit. scilicet ut de mansis indominicatis solidus unus. de uno quoque manso ingenuo quattuor denarii de censu dominico. & quattuor de facultate mansuarii. de manso uero seruili duo denarii de censu dominico. & duo de facultate mansuarii. Et unusquisque episcopus de presbiteris sue parroechię secundum quod cuique possibile erat. a quo plurimum. v. solidos. a quominimo iiii. denarios. episcopi de singulis presbiteris acciperent. & missis dominicis redderent. Sed & de ecclesiarum thesauris. prout quantitas loci extitit. ad idem tributum exsoluendum. acceptum fuit. Summa uero tributi fuerunt v. milia librę argenti ad pensum.

Illius tam episcopi quam et aliorum qui trans Sequanam fuerunt de Neustria tributum illis Nortmannis qui in Ligeri erant, secundum quod sibi ab eis fuit impositum, unde cumque valuerunt, reddere procurarent. Domnus autem imperator Karolus de Carisiaco Compendium, indeque per Suessionis ad Remum civitatem, et sic iter suum per Catalaunis et Pontigonem atque Lingonis pagenses, cum uxore et maxima auri et argenti caballorumque ac facultatum aliarum copia, de Francia Italiam petiit. Et veniens ultra Iurim usque ad Urbam, obvium habuit Adalgarium episcopum, quem mense februario Romam direxerat pro agenda synodo a papa Iohanne. Cuius exemplar idem Adalgarius pro munere magno imperatori detulit. Summa vero eiusdem synodi post multas et multiplices laudes imperatoris haec est, ut electio et promotio ad imperialia sceptra anno praeterito Romae celebrata, ex tunc et nunc et in perpetuum firma et stabilis maneat. Quam si quis perturbare aut violare temptaverit, cuiuscumque sit ordinis, dignitatis aut professionis, anathemate usque ad satisfactionem teneatur omni tempore annexus. Patratores et incitatores huius consilii, siquidem clerici fuerint, deponantur. Laici vero et monachi perpetuo anathemate feriantur. Ut quia synodus anno praeterito apud Pontigonem hinc habita secus auctoritatem nil profuit, usque quaque ista debeat praevalere.

Nuntiavit etiam inter alia isdem Adalgarius imperatori, quoniam Iohannes papa obviam illi Papiam veniret. Quapropter praemisit Odacrum secundi scrinii notarium, Goiramnum comitem et Pippinum atque Heribertum ad procurandam ipsius papae servitia. Ipse autem festinato perrexit ire ad eum. Quem obvium habuit apud Vercellis civitatem, et recepto cum honore maximo, perrexit simul usque Papiam, ubi eis nuntiatum est non incerta relatione Karlomannum Hludowici fratris sui filium cum maxima multitudine bellatorum super eos venire. Quapropter relinquentes Papiam venerunt ad Tardunam, et consecrata Richilde a papa Iohanne in imperatricem, mox retrorsum fugam arripuit cum thesauro versus Mauriennam. Imperator autem aliquandiu una cum papa Iohanne in eisdem locis immorans, expectavit primores regni sui, Hugonem abbatem, Bosonem, Bernardum Arvernicum comitem atque Bernardum Gothiae marchionem, quos secum ire iusserat. Qui in una cum aliis regni primoribus, exceptis paucis, et episcopis adversus eum conspirantes coniuraverant. Et comperiens eos non venturos, ut audierunt ipse et papa Iohannes appropinquare Karlomannum, imperator post Richildem fugam arripuit, et papa Iohannes versus Romam concitus festinavit, per quem Karolus imperator imaginem Salvatoris in cruce fixam ex auro multi ponderis fabrefactam et gemmis pretiosis ornatam sancto Petro direxit.

Karlomannus vero mendaci nuntio audiens quod imperator et papa Iohannes super eum cum multitudine maxima bellatorum venirent, et ipse fugam arripuit per viam qua venerat, sicque dei more

Ludovicus balbus

misse die sue. conventum illum dissolvit. Karolus autem imperator febre correptus, pulverem bibit quem sibi nimium dilectus ac credulus medicus suus Iudeus nomine Sedechias transmisit, ut ea potione a febre liberaretur. Insanabili veneno hausto, inter manus portantium transito monte Cinisio, perveniens ad locum qui Brios dicitur, misit pro Richilde que erat apud Moriennam, ut ad eum veniret, sicut et fecit. Et undecimo die post venenum haustum mortuus est II non. octob. Quem aperientes qui cum eo erant, ablatis interaneis, et infuso vino ac aromatibus quibus poterant, et imposito locello, ceperunt ferre versus monasterium sancti Dyonisii, ubi sepeliri se postulaverat. Quem pre odore non valentes portare, sepelierunt eum in basilica beati Eusebii martyris civitate Vercellis, ubi requievit annis VII. Post hec autem per visionem delatum est corpus eius in Francia, et honorifice sepultum in basilica beati Dyonisii martyris Parisius. Karlomannus vero pene usque ad mortem infirmatus, et lectica delatus ad propria, per annum ita iacuit, ut a multis fuerit desperatus.

Cap. 36.

Mortuo Karolo calvo Hludouuicus filius eius successit.

Hludouuicus autem accepto nuntio in Audriaca villa de morte patris sui Karoli, quos potuit conciliavit sibi, dans eis abbatias et comitatus ac villas secundum uniuscuiusque postulationem. Et iter agens per Carisiacum et Compendium usque ad Vernum, quatenus ad sepulturam patris sui, ut putabat, apud monasterium sancti Dyonisii perveniret. Ubi audiens patrem suum Vercellis sepultum, et regni primores tam abbates quam comites indignatos, quia quibusdam honores dederat sine illorum consensu, et ob id adversum se conspiratos esse, reversus est Compendium. Ipsi autem primores cum Richilde diripientes omnia que in via illorum erant, usque ad Avennacum monasterium pervenerunt, et conventum suum usque ad montem Vuitimari condixerunt. Indeque missos suos ad Hludouuicum direxerunt. Sed et Hludouuicus legatos suos ad eos direxit, et discurrentibus inter eos missis, ad hoc perventum est, ut Richildis et ipsi primores ad eum Compendium venirent, et suum conventum ad Casnum in Cocia condixerunt. Richildis Compendium ad Hludouuicum veniens missa sancti Andree attulit ei preceptum per quod pater suus illi regnum ante mortem suam tradiderat, et spatam que vocatur sancti Petri, per quam eum de regno revestiret, sed et regium vestimentum et coronam ac fustem ex auro et gemmis. Et discurrentibus legatis inter Hludouuicum et regni primores, et pactis honoribus singulis quos petierunt, VI Id. decembr. consensu omnium tam episcoporum et abbatum quam regni primorum ceterorumque qui affuerunt, consecratus et coronatus est in regem Hludouuicus ab Hincmaro Remorum episcopo. Et episcopi se suasque ecclesias illi ad debitam defensionem et canonica privilegia sibi servanda commendaverunt, profitentes secundum suum scire et posse.

et iuxta suum ministerium consilio et auxilio illi fideles forent. Abbates autem et regni primores ac vassalli regii se illi commendaverunt, et sacramento secundum morem fidelitatem promiserunt. Anno DCCCLXXVIII.

Hludowicus rex Suessionis in monasterio sancti Medardi nativitatem Domini celebravit, indeque ad Audriacam villam perrexit, et pascha Domini in monasterio sancti Dyonisii celebrans, suadente Hugone abbate et markione, perrexit ultra Sequanam, tam pro auxilio Hugonis contra nortmannos, quam et pro eo quod filii Gozfridi castellum et honores filii Odonis quondam comitis invaserant, et Immo frater Bernardi markionis Ebroicensem civitatem usurpans, multas depraedationes circumcirca in illis regionibus exercebat, insuper et Eiricum more nortmannico depraedari praesumpsit. Et veniens Hludowicus usque Turonis, infirmatus est usque ad desperationem vitae. Sed miserante Domino aliquantulum convalescens, satagentibus quibusdam consiliariis suis et amicis Gozfridi, venit ad eum isdem Gozfridus, adducens secum filios suos, ea conditione ut castellum et honores quos invaserant Hludowico regi redderent, et postea per concessionem illius haberent. Tunc Gozfridus partem de Brittonibus ad regis fidelitatem convertit, sed ipsi demum fecerunt ut Brittones.

cap. 37. Iohannes papa irascens contra Lantbertum et Adalbertum comites, quia villas et civitatem eius depraedati sunt, eos horribiliter excommunicatos Roma exiit, ferens secum pretiosissimas reliquias, et cum Formoso episcopo Portuensi navigio Arelatum in die sancti Pentecostes appulit, suosque missos ad Bosonem comitem misit, et per eius auxilium usque Lugdunum venit, et inde missos suos ad regem Hludowicum Turonis misit, mandans ut ei obviam veniret, quo sibi commodum foret. Hludowicus autem mittens obviam ei quosdam episcopos, petiit ut usque Trecas veniret, ibique ab episcopis istius regni stipendia sibi dari fecit. Et quia propter suam infirmitatem ante non potuit, Kalendis Septembris apud Trecas ad eum venit.

Interea Iohannes papa generalem synodum cum episcopis Galliarum et Belgicarum provinciarum agens, qualiter Lantbertum et Adalbertum, Formosum quoque et Gregorium nomenculatorem ac complices illorum Romae excommunicaverit, relegi fecit in synodo, et consensum episcoporum in eadem excommunicatione quaesivit. Unde qui affuerunt episcopi petierunt ut, sicut ipse excommunicationem quam fecerat per scripturam lectione recitari fecit in synodo, ita et eis concederet ut per scripturam illius suam consensionem proferrent. Et concedente ita fieri papa Iohanne, in crastinum episcopi hoc quod sequitur dyploma papae in synodo porrexerunt.

Domino beatissimo et reverentissimo patri patrum Iohanni catholicae atque apostolicae ecclesiae sanctae videlicet Romanae primae sedis papae, nos filii et famuli ac discipuli vestrae auctori

tatis galliarũ & belgicarũ epis quę sup uulnera dolorũ nr̃or maligni homines ac ministri diaboli addentes in scãm matrẽ nr̃am ac magistrã omnium ęcclarũ commiser̃ cõpatim̃. & dolori nr̃o conflentes condolemus. atq; uidentiũ ur̃ę auctoritatis q̃d priuilegio beati Petri & sedis aplicę in eos & cõplices eorũ iuxta sacros canones sp̃u dĩ conditos & totius mundi reuerentia consecratos. ac scd̃m eius dẽ scę Romanę sedis pontificũ decessorũ nr̃orũ decreta p̃tulistis. uiua uoce. & unanimitate nr̃a atq; auctoritate sci sp̃s cui gr̃a in episcopali ordine consecrati. gladio sp̃s q̃d est uerbũ dĩ. eos interimentes p̃cepimus. scilicet quos sicut p̃diximus excõmunicastis excõmunicatos tenemus. quos ab ęccla abiecistis abicimus. quos anathematizastis. anathematizatos ẽẽ iudicam̃. Et quos regularit̃ satisfacientes ur̃a auctoritas & aplica sedes recep̃it recipiemus. Sed & ut in sacra historia de plaga ęgyptiaca digne a dõ illata legimus. quia non erat domus in qua n̄ iaceret mortuus. & n̄ erat qui aliũ consolaretur. q̃m in domo sua unusquisq; q̃d lugeret habebat. nos in nr̃is quoq; ęcclis lugenda lugem̃. & ideo ur̃a auctoritate nobis subueniri cũ omni mentis humilitate deposcim̃. petentes ut p̃mulgetis capitulũ ur̃ę auctoritatis. qualit̃ nos erga ęcclarũ nr̃arũ p̃uasores agere debeam̃. ut censura aplicę sedis muniti. robustiores ac promptiores dño opem ferente contra p̃uersos ecclasticarũ rerũ ac facultatũ raptores ac uastatores. sacriq; ministerii episcopalis contemptores. nos successoresq; nr̃i p̃sistere concordi sententia ualeamus. ut iuxta egregii p̃dicatoris uocẽ. & ur̃ę auctoritatis p̃mulgationẽ. tradantur sathanę. ut sp̃s salui fiant in die dñi nr̃i ihu xp̃i. Quod dyploma iohis papa sine excommunicatione ascribi fecit. & sua manu confirmatũ ab omnib; epis in synodo subscribi fecit. Deinde ipso iubente lecti sunt in synodo canones sardicensis concilii. & decreta papę leonis de epis sedes suas mutantib;. Sed & africani canones. ut n̄ fiant eporũ translationes. sicut nec rebaptizationes uel reordinationes. pro Frothario burdegalensi epo. qui a burdegala pictauis. indeq; ad biturigensẽ ciuitatẽ exiluisse dicebatur. Et post hec. coronatus hludouicus a papa iohe. vii ld̄ septb̄. inuitauit eundẽ papã in domũ suam. & opipare pascens. honorauit eũ multis donis ipse & uxor sua. & remisit ad trecas ciuitatẽ. & postea p̃ missos suos petiit eundẽ papam ut uxorẽ illius in reginã coronaret. sed obtinere non potuit. Frotharius autẽ & Adalgarius epi. attulerunt in conuentu eporũ papę iohi

tatis galliarum et belgicarum episcopi his quę super uulnera dolorum uestrorum maligni homines ac ministri diaboli addentes in sanctam ma trem nostram ac magistram omnium ęcclesiarum commiser̅ compatimur; et dolori uestro conflentes condole mus, atque iuditium uestrę aucto- ritatis quod priuilegio beati Petri et sedis apostolicę in eos et complices illorum iuxta sacros canones spiritu dei conditos et totius mundi reuerentia consecratos, ac secundum eiusdem sanctę Romanę sedis pontificum deces sorum uestrorum decreta protulistis; uoto, uoce, et unanimitate nostra atque auctoritate sancti spiritus cuius gratia in episcopali ordine sumus consecrati, gladio spiritus quod est uerbum dei, eos interimentes prosequimur; scilicet quos sicut p̄diximus excommuni castis excommunicatos tenemus, quos ab ęcclesia abiecistis abicimus; quos anathematizastis, anathe matizatos esse iudicamus. Et quos regulariter satisfacientes uestra au- ctoritas et apostolica sedes receperit; recipiemus. Sed et ut in sacra historia de plaga ęgypciaca di- gne a deo illata legimus, quia non erat domus in qua non iaceret mor tuus; et non erat qui alium consolare- tur, quoniam in domo sua unusquisque quod lugeret habebat, nos in nostris quoque ęcclesiis lugenda lugemus, et ideo uestra auctoritate nobis subue- niri cum omni mentis humilitate deposcimus; petentes ut promulge- tis capitulum uestrę auctoritatis, qua- liter nos erga ecclesiarum nostrarum perua-

sores agere debeamus, ut censura apostolicę sedis muniti; robustiores ac promptiores domino opem feren- te contra peruersos ecclesiasticarum rerum ac facultatum raptores ac uastatores, sacrique ministerii episcopalis contemptores; nos successoresque nostri persistere con cordi sententia ualea- mus, ut iuxta egregii p̄dicatoris uocem, et uestrę auctori tatis promulgationem, traditi satha- nę, spiritu salui fiant in die domini nostri ihesu christi. Quod dyploma iohannes papa suę excommunicationi ascri- bi fecit; et sua manu confirmans; ab omnibus episcopis in synodo subscribi fecit. Deinde ipso iubente, le cti sunt in synodo canones sardicensis concilii; et decretum papę leonis de episcopis sedes suas mutantibus. Sed et affricani ca- nones, ut non fiant episcoporum trans lationes; sicut nec rebaptiza tiones, uel reordinationes; pro Frothario burdegalensi episcopo, qui a burdegala pictauis; in- deque ad biturigensem ciuitatem exiliise dicebatur. Et post hęc coronatus hludouuicus a papa Iohanne, VII Idus septembris, inuita- uit eundem papam in domum suam; et opipare pascens, honorauit eum multis donis ipse et uxor sua, et remisit ad trecas ciuitatem; et postea per missos suos petiit eun- dem papam, ut uxorem illius in re- ginam coronaret; sed obtinere non potuit. Frotharius autem et Adalgarius episcopi, attulerunt in conuentu episcoporum papę Iohanni

preceptum, per quod pater suus Hludouico regnum tradiderat, petentes ex ipsius parte ut priuilegio suo ipsum preceptum confirmaret. Tunc papa Iohannes protulit exemplar quasi facti precepti a Karolo imperatore de abbatia Sancti Dyonisii romane ecclesie. Quod compilatum consilio prefatorum episcoporum et aliorum consiliariorum Hludouici regis a plurimis credebatur, ut a Gozlino ipsam abbatiam uellent ex ratione tollere et sibi habere possent. Et dicebat papa Iohannes quod si uellet Hludouicus rex, ut super illius preceptum priuilegium faceret, suo precepto illud patris sui preceptum firmaret. Quod argumentum, sicut factio et inratio, imperfecta remansit. Quarto idus demum prefati mensis Hludouicus rex quorundam primorum compulsus petitionibus, uenit ad apostolici mansionem, et cum eo familiariter locutus, una cum illo reuersus est ad conuentum episcoporum in exedra iuxta mansionem apostolici. Et post excommunicationem Hugonis Hlotharii filii et Imbonis ac complicum eorum uim facientibus, quibusdam episcopis et consentiente rege, dixit papa Iohannes ut Hedenulfus sua auctoritate ordinatus episcopus sedem suam teneret et episcopale ministerium ageret, et Hincmarus cecus si uellet missam cantaret, et partem de rebus episcopii Laudunensis haberet. Et cum Hedenulfus apud eundem papam peteret ut eum ab illa sede absolueret, dicens se esse infirmum et uelle intrare in monasterium, obtinere non potuit, sed preceptum est illi ab eo consentiente rege atque episcopis Hincmari fautoribus, ut sedem suam teneret et episcopale ministerium ageret. Qui autem fautores Hincmari audientes quod papa Iohannes dixerit ut si uellet Hincmarus cecus missam cantaret, et rex consenserit ut partem de episcopio Laudunensi haberet, in sparte aliarum prouinciarum episcopi, sed et aliarum regionum metropolitani, sine preceptione pape Hincmarum uestimentis sacerdotalibus indutum in presentiam ipsius pape adduxerunt, indeque sublatum cantantes in ecclesiam illum duxerunt, et signum benedictionis super populum dari fecerunt. Sicque synodus illa soluta est. In crastina Hludouicus rex inuitatus a Bosone ad domum illius perrexit cum quibusdam primoribus consiliariis suis, et pastus ac honoratus ab illo, sed et ab uxore ipsius, desponsauit filiam Bosonis Karlomanno filio suo, et cum consilio ipsorum consiliariorum suorum dispertiti sunt honores Bernardi Gothie markionis per Theodericum camerarium et Bernardum comitem Aruernicum et per alios secrete dispositos. Papa uero Iohannes Trecis mouens Cabillonem petiit, indeque per Moriennam iter agens, per clusas montis Cinisii Italiam a Bosone et uxore illius deductus introiuit.

Hludouicus rex a Trecis Compendium reuersus, audita renuntiatione legatorum suorum quos ad consobrinum suum Hludouicum pro pace inter se obtinenda direxerat, cum quibusdam consiliariis suis uenit usque ad

Cap. 38. b

+ ...ada

sic

heristallum. & kl nouẽb simul conuenientes apud marsnã. utrimq; pax firmata ẽ int eos. & condixer placitũ purificatione s̃ce marię. ut simul iterum conuenirent. hludouuicus karoli fili ad gundulfi uillã. & hludouuicus hludouuici fili circa eundẽ locũ in cõmoditate sua. In ipso qđem placito hec que secunt int eos consensũ fideliũ suorũ seruanda conuener. Conuentio que int gloriosos reges hludouuicũ filiũ karoli imperatoris. itẽq; hludouuicũ filiũ hludouuici regis. in loco qui uocat furonis. kl nouẽbr ipsis & communib; fideliũ ipsorũ fauentib; & consentientib; facta ẽ.

Anno. dccc.lxxviii. Indictione .xii. Sicut int patrẽ meum karolũ. & patrẽ urm hludouuicũ regnũ hlotharii diuisum fuit. uolum ut ita consistat. Et si aliquis nrorũ fideliũ de regno patris sui per presũptionem habet. iustitia illud dimittat. De regno u qđ hludouuicus imperator italię habuit. qa necdũ ex illo aliqua diuisio facta ẽ. quicũq; modo illud tenet. ita teneat. donec dño uolente simul uenientes cũ communib; fidelib; nris. inueniam & definiam qđ ex hoc melius & iustius uisũ fuerit. De regno italie quia m nulla ratio. ẽẽ. potest. omnes sciant qa partem nram de illo regno & requisiuim & requirim. & dño auxiliante requirem. Ista die sequenti statuta sunt.

I. Ut qa firmitas amicitię & coniunctionis nrę modo qb;dã ppedientib; causis. ẽẽ ñ potuit. usq; ad illud placitũ quo simul ut conueniam statutũ habem. talis amicitia int nos maneat dño auxiliante de corde puro & conscientia bona & fide nficta. ut nemo suo pari uitã. regnũ. aut fideles suos. ut aliqd qđ ad salutẽ siue psperitatẽ ac honorẽ regni ptinet. discupiat aut forisconsiliet. II.

Ut sinceriter cuicũq; nrm regnũ pagani siue pseudo xpiani insurrexerint. unusquisq; uerac suum parem ubicũq; necessitas illi fuerit. & ipse ratiõnabilit potuerit. aut p semet ipsũ. aut p suos fideles. & consilio & auxilio p ut melius potuerit adiuuet. III. Ut si ego uobis supstes fuero. filium urm hludouuicũ adhuc paruulũ & alios filios uros quos dñs uob donauerit. ut regnũ patrnũ hereditario iure quiete tenere possint. & consilio & auxilio p ut melius potuero adiuuabo. Si aut uos m supstes fueritis. filios meos hludouuicũ & karlomannũ & alios quos diuina pietas m donare uoluerit. ut regnũ patnũ quiete tenere possint. similit & consilio & auxilio p ut melius potueritis adiuuetis. IIII.

Ut si aliq susurrones & detractores & qui pacẽ ũrã inuident & quietũ regnũ esse ñ patiuntur. int nos lites & contentiones & discordias seminare uoluerint. nullus nrm hoc recipiat. aut libent accepter. nisi forte hoc ad rationẽ coram nob utrisq; & fidelib; nris pducere uoluerit. Si u hoc noluerit. cũ nullo nrm aliquã societatẽ habeat. sed

heristallium, et kalendas nouembris simul con
uenientes apud marsnam, utrimque
pax firmata est inter eos; et condi
xer̄ placitum purificatione Sanctę
Marię, ut simul iterum conueni
rent, Hludouuicus karoli filius ad
gundulfi uillam, et hludouicus
hludouici filius circa eundem locum
in commoditate sua. In ipso quidem
placito, hęc quę secuntur, inter eos
consensu fidelium suorum seruan
da conuener̄. Conuentio quę
inter gloriosos reges hludouicum filium
karoli imperatoris, itemque hludo
uicum filium hludouici regis, in lo
co qui uocatur furonis, kalendas nouembris
ipsis et communibus fidelium ipsorum
fauentibus et consentientibus facta est
Anno DCCC LXXVIIII. indictione XII. Sicut inter
patrem meum
karolum, et patrem uestrum hludouicum
regnum hlotharii diuisum fuit; uo-
lumus ut ita consistat. Et si aliquis
nostrorum fidelium de regno patris
sui purprisum habet, iussu nostro illud
dimittatur. De regno uero quod hludo
uicus imperator italię habuit, quia
necdum ex illo aliqua diuisio facta
est; quicumque modo illud tenet, ita tene-
at, donec domino uolente simul ue
nientes cum communibus fidelibus nostris,
inueniamus et diffiniamus quod ex hoc
melius et iustius uisum fuerit. De re-
gno italiæ quia modo nulla ratio esse
potest; omnes sciant quia partem
nostram de illo regno et requisiuimus
et requirimus, et domino auxiliante re
quiremus. Ista die sequenti statu
¶ I ta sunt. Ut quia firmitas amicitię
et coniunctionis nostrę modo quibusdam
p̄pedientibus causis esse non potuit;
usque ad illud placitum quo simul ut
conueniamus statutum habemus, talis
amicitia inter nos maneat domino au
xiliante de corde puro et conscien
tia bona et fide non ficta; ut nemo
suo pari uitam, regnum, aut fideles
suos, uel aliquid quod ad salutem siue
prosperitatem ac honorem regni pertinet
discupiat aut forsconsiliet. ¶ II.
Ut si in cuiuscumque nostrum regnum pagani
siue pseudochristiani insurrexe-
rint; unusquisque ueraciter suum
parem ubicumque necessitas illi fue
rit, et ipsi rationabiliter potuerit;
aut per semetipsum aut per suos fideles,
et consilio et auxilio prout melius po
tuerit adiuuet. ¶ III. Vt si ego
uobis superstes fuero, filium uestrum
hludouicum adhuc paruulum et alios
filios uestros quos dominus uobis donauerit,
ut regnum paternum hereditario iure
quiete tenere possint; et consilio
et auxilio prout melius potuero ad
iuuabo. Si autem uos mihi superstes fueri
tis; filios meos hludouicum et karlo
mannum et alios quos diuina pietas
mihi donare uoluerit; ut regnum pater-
num quiete tenere possint, similiter
et consilio et auxilio prout melius
potueritis adiuuetis. ¶ IIII.
Ut si aliqui susurrones et detracto-
res et qui paci nostrę inuident et
quietum regnum esse non patiuntur,
inter nos lites et contentiones et
discordias seminare uoluerint;
nullus nostrum hoc recipiat, aut
libenter acceptet; nisi forte hoc
ad rationem coram nobis utrisque et
fidelibus nostris perducere uoluerit.
Si uero hoc noluerit, cum nullo nostrum
aliquam societatem habeat, sed

omnes illum sicut mendacem & falsarium. & inter fratres volentem seminare discordias. communiter a nobis abiciamus. ne de cetero quisque talia mendatia auribus nostris inferre audeat. V.

Ut communiter quam citius potuerimus missos nostros ad Karlomannum & Karolum gloriosos reges dirigamus. qui eos ad placitum quod V. idus febr. statutum habemus invitent. & ut nullatenus venire differant obsecrent. & si secundum quod optamus venire voluerint. communiter nos ad dei voluntatem & sanctae ecclesiae salvationem ac communem honorem nostrum & profectum ac salvamentum totius populi christiani nobis commissi. domino cooperante tractemus. quatenus de cetero in eo quod unus est. unum simus. & unum velimus. & id ipsum dicamus secundum apostolum. & faciamus omnes. & non sint in nobis ulla scismata.

VI. Si autem illi obsecrationem nostram vocati & invitati. aut missi eorum ad praefatum placitum venire distulerint. nos secundum quod statutum habemus illuc omnino venire. & nos secundum dei voluntatem coniungere omnimodis non omittamus. nisi forte talis inevitabilis necessitas evenerit. per quam id fieri nullatenus possit. Et si hoc acciderit. ad tempus quisque pari suo hoc rescire faciat. & propterea amicitia nostra nec minuatur nec immutetur. donec domino volente congruo tempore perfecte confirmetur. VII.

Ut res ecclesiarum in cuiuscumque regno caput fuerit tam de episcopatibus quam de abbatiis. sine ulla contradictione rectores ipsarum ecclesiarum illas possideant. & si aliquid ibi iniuste factum a quoquam est. in cuiuscumque regno ille res consistunt. legaliter exinde secundum iustitiam reddere faciant. VIII.

Et quia per vagos & in tirannica consuetudine inreverentes homines pax & quies regni perturbari solet. volumus ut ad quemcumque nostrum in talis venerit. ut de his que egit rationem & iustitiam subterfugere possit. nullus ex nobis illum ad aliud recipiat vel retineat. nisi ut ad rectam rationem & debitam emendationem perducat. & si rationem rectam subterfugerit. omnes in commune in cuius regnum venerit illum persequamur. donec aut ad rationem perducatur. aut de regno expellatur vel deleatur. VIIII.

Volumus ut hi qui merito proprietatem illorum in regno nostro perdiderunt. ita iudicentur sicuti temporibus antecessorum nostrorum inventum fuit. Qui vero dicunt se iniuste proprietatem illorum perdidisse. veniant in nostram presentiam. & sicut iustum est ita illis iudicetur. & sua recipiant. Sicque Hludowicus Hludowici filius ad sua. & Hludowicus Karoli filius per Arduennam veniens. DCCC.LXXVIII. anno incarnationis dominicae. in Longlaro nativitatem domini celebravit. & aliquandiu in Arduenna demorans. indeque iter agens circa purificationem sanctae Mariae ad Pontigonem venit. & volens ire in partes Augustidunum ad comprimendam rebellionem Bernardi markionis. usque ad Trecas pervenit.

Cap. 37

Sed quia ingravescente infirmitate sua. dicebatur enim veneno infectus. longius ire non potuit. filium & aequivocum suum Hludowicum ba-

uilationi Bernardi comitis ar-
uernici specialiter committens.
hugonẽ abbatẽ. & Bosonẽ &
p̃fatũ Bernardũ cum filio suo.
sed & Theodericũ cum sociis
suis augustidunũ misit. qua-
tinus ipsum comitatũ ad opus
Theoderici cui antea illud dede-
rat uindicarent. Ipse autẽ cũ magna
difficultate p adiodrũ monaste-
riũ compendiũ uenit. & sentiens
se ab infirmitate liberari non pos-
se. p odonẽ beluuagensẽ epm̃
& albuinũ comitem, coronã &
spatã ac reliquũ regiũ appara-
tũ. filio suo hludouuico misit. man
dans illis qui cũ eo erant ut eũ
in regem sacrari ac coronari fa-
cerent. Ipse autẽ. iiii. id' april. in
die parasceue iam uespere obiit. &
in crastinũ a sabbato in uigilia sc̃i
pasche. in ecclã sc̃e marię sepult'
fuit. Audientes autẽ odo & al-
buinus illũ esse defunctũ. quę
portauerant Theoderico came-
rario dederũt. & cũ festinatione
reuersi sunt. Illi autẽ qui cũ hlu-
douuico filio regis erant. audita
morte patris ipsius infantis. man
dauerunt primorib; qui in istis
partib; erant ut apud meldis
conuenirent obuiã eis. & ibi
tractarent quid de cetero agere
deberent. Int̃ Bosonẽ autem
& Theodericũ. mediante hugo-
ne abbate conuentũ est. ut
Boso comitatũ augustidunensẽ
haberet. et Theodericus abbatias
quas Boso in istis partib; habebat
in commutatione acciperet. Gozlin'
deniq; abbas memor insidiarũ

ac iniuriarũ suarũ quas a suis
emulis tempore p̃cedenti susti-
nuerat. fisus de familiaritate
quã cum hludouuico germanię
rege & cum uxore illius atq;
cum primorib; illius terrę quan
do captus in bello apud andru-
nacũ. & trans rhenũ ductus fu-
erat obtinuit. coepit cogitare
qualiter talionẽ suis contrariis
redderet. Et Chuonradũ parisiaci
comitẽ spe falsa de precellenti
potestate deludens. & quędam
ingenia qualiter id exequi posset
enarrans, sibi coniunxit. & ante
quã illi qui cum filio regis erant
ad condictũ placitũ apud meldis
uenirent. accelerauerũt quoscũq;
potuerunt epos & abbates atq;
potentes homines ad conuentũ
uocare ubi thara narran influit-
eo sub obtentu. ut quia rex defun
ctus erat. unanimiter tractarent
de regni pace atq; utilitate. His
autẽ qui conuenerũt. psuaserũt ut hlu-
douuicũ germanię regem in hoc
regnũ conuocarent. & eius lar-
gitione honores quos hactenus
obtinere ñ potuerũt sine ulla du
bitatione haberent. & miserunt
missos suos ad p̃dictũ hludouuicũ
& ad uxorẽ eius. mandantes ut
usq; mettis uenire accelerarent.
& illuc omnes epos & abbates ac pri
mores istius regni obuiã ei addu-
cerent. Sicq; p siluacũ & secus
axonã multas dep̃dationes ac
rapinas facientes. usq; aduiri
dunũ uenerũt. Veniente autem
hludouuico mettis. ad illũ tam
missos miserũt. ut usq; aduiri-

ardennam venire quatinus commodius populum istius regni ad illum perducere possent. Veniens autem hludouicus usque ad uiridunum, tanta mala exercitus eius in omnibus nequiter egit, ut paganorum mala facta illorum uincere uiderentur. Audientes autem hugo et Boso ac Theodericus et illorum socii, quae Gozlinus et Chonradus cum illorum complicibus machinabantur, miserunt Gualterium episcopum aurelianensem et Goirammum ac Anscherum comites ad hludouicum apud uiridunum, ut ei offerrent partem de regno hlotharii iunioris quam Karolus contra fratrem suum hludouicum ipsius hludouici patrem acceperat, ut accepta illa portione regni in regnum suum rediret, et quod reliquum de regno patris sui Karoli hludouicus habuit, sui filii consentiret. Hludouicus uero et sui acceptabilem habentes talem oblationem, cum dedecore Gozlinum et Chonradum ac complices illorum reiecerunt, et accepta regni parte sibi oblati hludouicus ad palatium suum franconofurt rediit. Audiens autem haec uxor illius satis moleste tulit dicens, quia si ille eo uenisset, totum istud regnum haberet. Angustiati autem Gozlinus et Chonradus ad ipsam reginam fecerunt confugium, querimoniam agentes qualiter essent decepti. Et acceptis missis ad illorum solatium, qui eos de parte hludouici confortarent, sed et alios quasi obsides, reuersi sunt, rapinas et depraedationes facientes quocumque peruenire potuerunt. Renuntiantes socius suus hludouicum quantotius cum exercitu magno uenturum, quoniam ad praesens uenire non poterat, quia nuntiatum est ei incerta relatione fratrem suum Karlomannum paralisi percussum et iam morti uicinum, quia in breui decessit, suumque filium de concubina nomine Arnulfum partem regni illius occupasse, et ideo in illas partes festinus pergeret, sicut et fecit. Sopita uero sicut potuit in illis partibus commotione, reuersus est ad uxorem suam. Audientes autem hugo abbas et ceteri primores, qui cum filiis quondam senioris sui agebant, hludouicum cum uxore sua in istas partes uenturum, quosdam episcopos miserunt ad ferrarias monasterium, et ibi eos consecrari ac coronari in reges fecerunt.

Hludouico filio Karoli defuncto, hludouicus et Carlomannus fratres eius uncti sunt in regnum.

Interea Boso persuadente uxore sua, quae nolle se uiuere dicebat, si filia imperatoris italiae et desponsata imperatori greciae maritum suum regem non faceret, partim comminatione constrictis, partim cupiditate illectis pro abbatiis et uillis eis promissis et postea datis, episcopis illarum partium persuasit, ut eum in regem ungerent et coronarent. Hugo etiam filius iunioris hlotharii ex uualdrada, collecta praedonum multitudine, regnum patris sui est molitus inuadere. Karolus hludouici quondam regis germaniae filius in longobardiam perrexit, et ipsum regnum obtinuit. Cum quo apud urbam antequam montem iouis transiret, hludouicus et

Cap. 40

carlomanni loqui per rexerunt. Et illo eunte in langobardiam. ipsisque reversis ab eodem itinere. nuntiatum est eis quod nortmanni qui erant in ligeri. terreno itinere turasillas depredabantur. Et statim moti in illas partes in die festivitatis sancti Andree convenientes. multi ex nortmannis occisi. et plures in uuigenna fluvio ab lorti perierunt. et exercitus illorum deo volente cum victoria incolumis remeavit. Anno. dccc. lxxx. incarnationis dominice. hludouicus rex germanie una cum uxore sua a baquis in istas partes iter arripuit. et usque ad duziacum venit. ubi Gozlinus et Chonradus obviam illi venerunt. quam plurimis iam de illorum complicibus ab illorum societate retractis. Indeque hludouicus et uxor sua ad attiniacum. indeque ad erturiacum. et sic usque ad ribodi montem pervenerunt. Et videntes quod Gozlinus et chonradus quod ei polliciti fuerant attendere nequiverunt. et ipse ac uxor sua que speraverunt obtinere non possent. pactis amicitiis cum filiis hludouici regis francorum. et condicto placito futuro mense iunio ad gundulfi villam. reversi sunt in patriam suam. Et in itinere invenientes hludouicus nortmannos. domino opem ferente. magnam partem exercitus suis unde occidit. sed in saxonia magnum dampnum fidelibus suis per nortmannos sustinuit. Filii autem hludouici quondam regis francorum. reversi sunt ambianis civitatem. et sicut fideles illorum invenerunt.

id est gotzilin. vide supra fo. 153. pa. 1.

regnum paternum inter se diviserunt. id est. ut hludouicus quod de francia residuum erat ex paterno regno. sed et neustriam cum markis suis haberet. et carlomannus burgundiam et aquitaniam cum marchis suis obtineret. et quique de primoribus secundum convenientiam in cuius divisione honores haberent. illi se commendarent. Inde compendium redeuntes. ibi pascha domini celebraverunt. Et post hec. premnum et catalaunis civitates. ad placitum condictum mediante iunio apud gundulfi villam obviam suis consobrinis venerunt. quo hludouicus infirmitate detentus venire non potuit. sed per se missos suos direxit. Karolus autem a langobardia rediens. illuc venit.
1 In quo placito communi consensu inventum est. ut ipsi reges hludouici quondam filii ad attiniacum redirent. cum scara hludouici germanie regis. et hugonem hlotharii iunioris filium impeterent. Quo venientes. quia hugonem non invenerunt. sororium illius Teutboldum bello aggressi sunt. et multis interfectis in fuga verterunt. Indeque cum hoste ex regnis suis una cum predicta scara hludouici regis germanie. predicti reges ordinatis qui regnum suum contra nortmannos in gaunto residentes custodirent. in burgundiam versus bosonem per mensem iulium atrecas civitate preterierunt. Karolo rege illuc cum hoste sua venturo. In quo itinere eiectis de castro matiscano Bosonis hominibus. ipsum castellum ceperunt. et eum comitatu Bernardo cognomento planta pilosa dederunt. Et pergentes

simul. Karolus. hludouic(us) & carlo
mann(us) ad obsidendā uiennā in q(ua)
boso uxorē suā cū filia. & magnā
partē de suis hominib; relinquens.
fugā ad montana quedā arripuit.
Karolus aut(em) qui se unā cū consobri
nis suis uiennā obsessurū p(ro)mise
rat. mox ut quedā sacram(en)ta utrun
q; int(er) eos facta fuer(ant). ab ipsa obsi
dione recessit. & in italiā p(er)rexit.
Indeq; romā ueniens. a Iohanne
papa. in die natiuitatis dñi in im
peratorē ungi obtinuit. Anno in
carnationis dñice. dccc. lxxxi. re
manente carlomanno cū suis con
tra bosonis seditionē. hludouicus
frat(er) eius reuersus ē. in partem
regni sui contra normannos. q(ui)
uastantes omnia in suo itinere. cor
beiū monasteriū & ambianis ciuita
tē. aliaq; s(an)c(t)a loca occupauer(ant). De
quib; n(on) modicā partē occisis. ceteris
q; fugatis. & ipse hludouic(us) una
cū suis retrorsū nemine p(er)sequen
te fugā arripuit. diuino mani
festante iudicio. q(uia) q(uo)d in nort
mannos fuerat actū. n(on) humana
sed diuina uirtute patratū exti
terit. Iterū namq; normannis
regredientib; in partē regni sui.
isdem hludouic(us) cū quib; potuit eis
obuiā ire p(er)rexit. & castellū mate
ria lignea quorundā consiliarior(um)
suorū hortatu in loco qui dici
tur Stromus clausit. q(uo)d magis
ad muniīm paganorū. quā ad
auxiliū xpianorū factū fuit.
q(uonia)m ipse rex hludouic(us) inuenire
n(on) potuit cui [illegible] idē castellū ad
custodiendū cōmittere possæt.
Indeq; reuersus. Anno. dccc
lxxxii. apud cōpendiū natiuitatē
dñi. sed & s(an)c(tu)m pascha celebrauit.
ubi nuntiatū est ei. q(uia) consobrin(us)
suus hludouic(us) hludouici regis
germanię filius. inutilit(er) sibi &
eccl(esi)e ac regno uiuens. morti sub
cubuit. Venientes aut(em) primo
res partis illi(us) regni quę ipsi hlu
douico in locarium data fuerat
quatin(us) quę pat(er) & auus illorū
habuer(ant) eis consentire&. uoluer(unt)
se illi cōmendare. sed consilio
primorū suorū p(ro)pt(er) sacram(en)ta
quę int(er) eū & karolū facta fuer(ant).
n(on) eos in cōmendationē recepit.
sed scarā hostilē cū p(re)fecit Teo
derico comite quasi in adiuto
riū illorū contra normannos
disposuit. & ipse ultra sequanā
aesti recepturus brittonū prin
cipes & bellatores contra nort
mannos usq; turonis p(er)rexit.
uir plen(us) omib; immundiciis
& uanitatib; infirmatus ē.
corpore. & lectica deportatus
usq; ad monasteriū s(an)c(t)i dyonisii
mense augusto. ibi mortuus ē.
& sepultus. Primores autē
regni. expeditū nuntiū miser(unt)
ad carlomannū. mandantes
ut relictis qui uiennā obsidēnt.
& seditioni bosonis resisterent.
ipse q(uam) totius ad eos uenire festi
naret. q(uonia)m ipsi hostilit(er) p(re)parati
erant in occursū normannorū
q(ui) ciuitates coloniā & treueris
cū monasteriis sibi contiguis
iā incensas. & monasteria s(an)c(t)i
Lamb(er)ti in leudica. & promię.
& inde aquis etiā palatiū. omnia
q; monasteria parroechiarū

[Margin:] Karolus hludo uici q(uo)ndā germanię filius. a Ioh(anne) papa imp(er)ator ungitur.

[Margin:] Mortuo hludouico filio hludouici filij karoli calui. Carlomann(us) fr(ater) eius successit. P

Cap. 41.

tum gressi sunt uidelicet ambianensis, camaracensis, & partim remensis parroechie sue ditioni addicta, & partim cum castello mosomensi incensa. & Uualanem mettensem episcopum contra sacram auctoritatem & episcopale ministerium armatum & bellantem occisum, & socius eius fugatus habebant. Ipsi autem parati erant illum recipere, & se illi commendare, sicut & fecerunt.

Dum autem in eodem procinctu degeret, & mense Septembrio nuntiatum est illi certo nuntio, quia capta uienna, uxorem Bosonis & filiam eius Richardus frater ipsius Bosonis ad comitatum suum augustidunensem adductam habebat. Sed & Hastingus & complices illius nortmanni a ligeri egressi partes maritimas petiere. Karolus autem nomine imperator contra nortmannos uenit cum multo exercitu usque ad illorum firmitatem. Quo ueniens concidit cor eius, & placitauit Godafridum cum suis ut baptismum susciperet, et frisiam aliosque honores quos Roricus habuerat exciperet, interueniente quorundam obtentu.

Sigefrido etiam & Uurmonti illorumque complicibus plura milia argenti & auri que de thesauro sancti Stephani mettensis aliorumque sanctorum locis arripuit eis dedit, & ad deuastationem sui regni atque consobrini sui partem sicut & antea fecerant residere permisit. Idem namque Sigefridus cum xl† nortmannorum parisius urbem obsedat; sed resistente Gozlino predicto presule ipsius urbis & abbate coenobii sancti Germani, necnon Odone tunc comite, postea francorum rege, meritis sancte dei genitricis Marie almique Germani suffragiis, predictis principibus opem ferentibus, urbem uero dictam non ualentes capere abscesserunt. Tunc etiam corpus beatissimi Germani in arcisterium eiusdem sancti pontificis in ciuitate predicta situm a monachis delatum fuit. Ecclesiam uero eius in suburbio positam pagani omnibus complentes spurcitiis deuastauerunt, & plurimi ipsorum uirtute sancti presulis extincti, confusi abscesserunt. Unde predictus Odo gauisus miraculis que in predicta obsidione a sancto presule Germano patrata uiderat, adepto culmine regio, uasculum in quo nunc sanctissima pontificis membra deo disponente requiescunt, auro & gemmis honorifice componi fecit.

Karolus quoque Hugoni Hlotharii iunioris filio facultates ecclesiasticas mettensis episcopii, quas sacri canones futuro episcopo reseruari precipiunt, ad consumendum commisit. Angilbergam uero Hludouici italie imperatoris uxorem, quam in alamanniam transduxerat, per Leutardum uercellensem episcopum Iohanni pape sicut petierat romam remisit. & sic reuersus Uuarmatiam placitum suum kalendis nouembris habiturus, a nortmannis recessit. Ad quod placitum Hugo abbas quibusdam sociis secum assumptis ad idem placitum Karolum adiit pro petitione partis regni quam frater suus Hludouicus in locarium acceperat, ut sic ipse Karolus olim promiserat.

+ millibus

Gozlinus Eps par. et Abbas Sancti Germani.

carlomanno restituerat. Unde nil
certi obtinuit. Sed absentia illi(us)
in isto regno magnu(m) detrimentu(m)
fecit. q(ui)a carlomannus non habuit
quib(us) da(re)t regni primorib(us) ab ipsi(us)
auxilio se retrahentib(us). unde nort
mannis posset resistere. Qua
p(ro)p(ter) usq(ue) circa laudunu(m) castel-
lu(m) uener(unt). & que in giro ipsius
castelli erant dep(re)dati sunt & in
cender(unt). disponentes remis uenir-
re. indeq(ue) p(er) suessionis & nouio-
magu(m) p(er)gentes. ad p(re)fatu(m) castellu(m)
expugnandu(m) redire. & regnu(m)
sibi subicere. Q(uo)d p(ro) certo audiens
hincmarus ep(iscopu)s. cui(us) homines de
potestate remensis episcopii cu(m)
carlomanno erant. uix noctu
cu(m) corpore s(an)c(t)i Remigii & ornam(en)
tis remensis eccl(esi)e. sicut infirmi
tas corporis ei poscebat sella gesta-
toria deportatus. & canonicis ac
monachis atq(ue) s(an)c(t)imonialib(us) hac
illacq(ue) disp(er)sis. ultra matrona(m)
in quada(m) uilla que sparnacus no-
minat(ur). uix fuga lapsus p(er)uenit.
Scara aut(em) de nortmannis plenitu
dine illoru(m) p(re)ueniens. usq(ue) ad
porta(m) remis p(er)uenit. Qui ea que
extra ciuitate(m) inuener(unt) dep(re)dati
sunt. & uillulas quasda(m) incende
runt. sed ciuitate(m) qua(m) nec mur(us)
nec humana manus defendit. d(e)i
potentia & s(an)c(t)oru(m) merita ne illa(m) in
grederent(ur) defender(unt). Carlomann(us)
aut(em) ~~supuentione~~ aduentum nortmannoru(m)
audiens. cu(m) quib(us) potuit copiis eos ag
gressus magna(m) parte(m) de
his qui p(re)dam ducebant occidit, sed et
partim in axona necati sunt. ma-
xime aut(em) ex illis qui remos adier(ant).

uolentib(us) ad socios suos redire.
p(re)da(m) excussit. Maior u(ero) & fortior
pars de nortmannis in quada(m)
uilla que uocat(ur) auallis se redu
xit. ubi eos illi q(ui) erant cu(m) carlo-
manno. sine p(er)iculo suo aggredi
nequer(unt). Unde circa uesp(er)am pede-
temtim retro reuersi. in uicinis
uillis se collocauer(unt). Nortmanni
u(ero) mox ut luna eis illuxit. ab
ipsa uilla egressi. itinere quo ue
nerant reuerterunt. Ea tempestate
astringe cu(m) nortmannis ubiq(ue) seui=
ente [illegible] multa corpora s(an)c(t)oru(m)
ex p(ro)p(ri)is locis in francia(m) delata s(un)t.

Tunc etiam corpus beatissimi
Leutfredi abbatis a nortmannis
in quib(us)da(m) partib(us) francie circu(m)
quaq(ue) delatu(m). ad ultimu(m) una cu(m)
ossib(us) beati Agofredi fr(atr)is ei(us). nec
non & corpore s(an)c(t)issimi Turiaui
dolensis eccl(esi)e archip(re)sulis. apud
monasteriu(m) s(an)c(t)i Germani in sub
urbio parisii ubi d(e)o disponente
adhuc requiescunt. translata sunt.

Temp(or)e karoli simplicis & Rotb(er)ti markionis.

Cap. 42 884

Obeunte Carlomanno. filius ei(us) qui nihil fecit hludouic(us) nomine successit.

Uer(um) carlomanno reb(us) humanis
exempto. filius ei(us) hludouicus
successit. qui nihil fecisse p(ro) nomen
sortitus e(st). siue q(uo)d a regno potitus
nil strenue gessit. seu q(uo)d s(an)c(t)imo=
niale(m) q(ua)nda(m) sicuti a maiorib(us) acce-
pim(us) kale monasterio puellaru(m)
abstractam coniugio copulans
suo. peccatu(m) q(uo)d nihil mai(us) esse
noscitur p(er)petrarit. Hui(us) in dieb(us).
effera memoratoru(m) manus danoru(m)
tercia(m) neustriis inflictura clade(m)
aduenit. Intulisset(que) maiorem
superiorib(us) clade(m). ni hugo sup(ra)dict(us)
p(er) gallias abbatis honore p(re)ditus.
eoru(m) compescuisset temerarios

Ici commence la partie empruntée par Hugues de Flavigny